

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax
Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus
Religiosorum**

**Karg von Bebenburg, Johann Friedrich
Heripoli, 1680**

1. Proœmiorum usus ac utilitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

Proœmium.

1. Proœmiorum usus ac utilitas.
2. Occasio ad præsens opusculum.
3. Scopus Authoris.
4. Injusta Regularium exemptorum querela
adversus Episcopos.
5. Parænesis ad Episcopos, ac Regulares e-
xemptos.
6. Præmunitio Authoris contra criminato-
res,

I. **A** Reopagitarum singulari (a.)
quidem Jure antiquitus cau-
tum fuerat, ne causam dicturus uteretur
proœmio, quo judices vel ad odium
permoveret, vel ad commiserationem.
At secùs est de Jure communi, cuius
Augustissimus Conditor Justinianus
Imperator (b.) ad corpus Legum non se-
mel præfatus fuit: imò & SS. Pontifices
(c.) sua quoque sacro Juri Canonico
præmisere proœmia, gnari, eam esse pas-
sim præcupidorum hominum avidita-
tem, ut nisi sub ipsum operis ingressum
primo statim obtutu intentionem Au-
thoris ob oculos positam videant, præ-
con.

est (o) do-

concepto totius operis evolvendi fastidio, difficillimè lectionem aggrediantur, & vix unquam absolvant: id quod in privatorum scriptis potissimum accedit, quorum titulis illud M. Actii Poëta sæpius congruit, qui (d.) cùm brevissimus esset, in Diva Camænarum æde, maximâ formâ sibi statuam collocavit. Ut non inutiliter impendendam à me oderam arbitrer, si brevi quodam proœmio, ex quo mens mea dispici (e.) possit, lectori benigno præindicem suscepiti à me hujus laboris occasionem ac intentionem.

2. Atque ut ab occasione incipiam,
eam dedit Celsissimus ac Reverendissi-
mus Princeps & Dominus D. PE-
TRUS PHILIPPUS, Episcopus Bam-
bergensis, & Herbipolensis, S. R. I.
Princeps, Orientalis Franciae Dux &c.
Dominus meus Clementissimus, evul-
gato die Sextâ Aprilis, Anno 1679.
Decreto, cuius tenor unâ cum aliis suæ
Celsitudinis Decretis & Declarationi-

) (5 bus